Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



35

reantur simul: qui gratulantur malis me
is. Induantur confusione et reuerentia:
qui magnia locuntur super me. Exultet
et letentur qui uolunt iusticiam meam: et
dicant semper magnificetur dominus q
uolunt pacem seruii eius. Et lingua mea
meditabitur iusticiam tuam: tota die lau
dem tuam.
Dixit iniustus ut delinquat in semetipso: non est
timor dei ante oculos eius. Quoniam
dolose egit in conspectu eius: ut inueniatur
iniquitas eius ad odium. Verba oris eius
iniquitas et dolus: noluit intelligere ut
bene ageret. Iniquitatem meditatus est in
cubili suo: astitit omni uie non bone: ma
liciam autem non odiuit. Domine in ce
lo misericordia tua: et ueritas tua usque ad
nubes. Iusticia tua sicut montes dei: iudi
cia tua abyssus multa. Homines et iu
menta saluabis domine: quemadmodum